



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 8. Libellus supplex a Fœderatorum Ducibus Regi traditus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

**S**ecul. XVI. edictum absolvit: „Peto igitur, ut tot  
A. C. 1585. „hominum innocentium sanguini par-  
„catur, & a vexationibus, incendiis,  
„direptionibus, quæ bellum civile se-  
„cum trahit, abstineatur, simul vero  
„mihi liceat singulari certamine, aut  
„cum duobus, vel pluribus privatam  
„hanc controversiam dirimere in lo-  
„co, quem Rex in regno assigna-  
„bit, aut si extra Regnum malint, id  
„permittatur eo in loco, ad quem tu-  
„tus accessus sit, cum id perhonorifi-  
„cum Guisio Duci foret, quod ad duel-  
„lum a Principe, qui ipsum longe di-  
„gnitate præcellit, provocetur, hinc  
„conditionem honeste recusare non po-  
„terit, tum vero Dominus Optimus  
„Maximus de utriusque partis jure de-  
„cernet, sicque Regi quies, Regno,  
„populoque Galliæ afflicto pax parabi-  
„tur, & impotenti Guisianorum adver-  
„sus Navarrum odio citra publicam per-  
„niciem plane satisfiet. „

Porro hoc edictum die decima Junii  
 editum, Regique vigesima octava ejus-  
 dem Mensis porrectum postea Parisiis  
 divulgabatur.

§. VIII.  
*Libellus supplex a Fæderatorum Du-  
 cibus Regi traditus.*

Prius

Priusquam hoc edictum publici juris Sæcul.XVI.  
fieret, sacri belli Duces Catalauni A.C.1585.  
agentes dirigebant ad Regem libel-  
lum, qui Cardinalis Borbonii, & Gui-  
sii tantum nomine subscriptus erat, ubi  
hæc petebant. „I. Rex edictum con-  
„dat, quo Religio Catholica, Aposto-  
„lica, Romana, omni alia interdicta,  
„in Franciæ Regno constituatur: Se-  
„ctarii vero omni dignitate, ac publico  
„munere exuantur, & indigni, qui iis  
„funguntur, in posterum declarentur.  
„II. edictum illud Rex promulgari in  
„Regni Curia præsens curet, & pro-  
„mulgatione facta juxta jusjurandum  
„in Regni inauguratione prætitum,  
„& Comitiorum Blefensium decreta il-  
„lud solemni Sacramento confirmet, &  
„ceteris principibus, Paribus Franciæ,  
„& aliis Proceribus, præfectis, ac iis,  
„qui muneribus publicis ubique per to-  
„tum Regnum prædicti sunt, exemplo  
„suo præeat: III. Urbes, quæ a Pro-  
„testantibus tenentur, ab iis recipian-  
„tur, si vero restituere recusent, armis re-  
„petantur. IV. Rex patrocinium Ge-  
„nevæ, quod male consultus, & con-  
„tra animi sententiam, ut ipse sæpius  
„protestari auditus est, suscepit, de-  
„ferat. V. Cum jam toties repetitis ad  
„afferendam Majorum religionem edi-  
„ctis nihil actum sit, in præsentiarum

*Thuan. &  
Spond. l.c.*

R 3 statua-

**Sæcul. XVI.**, statuatur, ut cum iis, quas foederati  
A.C. 1585., habent, viribus, aliisque sine mora  
 , ulla a Rege conscribendis edictum hoc  
 , executioni demandetur., His conditionibus adimpletis Principes, & Proceres foederati se paratos esse afferebant, ut omnem odii, & ambitionis suspicionem amovere, nec ultra civitates securitatis ergo postulatas urgeare, & præfecturis, ac dignitatibus, si Rex ita velit, jubeatque, ulti renuntiare velint.

Hoc libello Henricus Rex haud pa-  
 rum territus tandem foederatis cedere decrevit, & translato Nemorsium col-  
 loquio, cui etiam Espernonius intere-  
 rat, de conditionibus conventum est,  
 quibus etiam Regina Mater, & Guisius  
 Dux subscrisserant.

### §. IX. *Concordiæ pæcta cum Fœderatis ini- ta una cum quodam editio.*

*Mem. pour l' histoire de France t. I. ann. 1585. p. 192.*  
*Mem. I. c. p. 285.*

Firmatis hisce pæctis Rex eodem Men-  
 se edictum promulgabat, hæc ex-  
 ponens: „ex omnibus hucusque gestis  
 „satis manifeste comperio, quod popu-  
 „li circa religionem dissidentes nec et-  
 „iam in rebus civilibus concordiam  
 „conserve valeant, eoquod juxta  
 „ipsum Christi Domini verbum *omne Re-*  
 „*gnum in se divisum desolabitur:* ideo his  
 „ratio-